Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



put me. Laudabo nomen dei cum
cantico: et magnificabo eum in laude.
Et placebit deo super vitulum no
vellum: cornua producentem et un
gulas. Videant pauperes et lete-
tur: quere dominum et vivet anima vestra.
Quia exaudiuit pauperes dominus: et
vinculos suos non despexit. Laudent
illum celi et terra: mare et omnia
reptilia eius. Quia dominus saluam faciet
sion: et edificabuntur ciuitates iu-
de. Et habitabunt ibi: et hereditate
acquirent eam. Et semen seruorum
eius possidebit eam: et qui diligunt
nomen eius habitabunt in ea.

Deus in adiutorium meum intende: do-
mine ad adiuuandum me festina. Con-
fundantur et reuereantur: qui querunt
animam meam. Auertantur retrorsum
et erubescant: qui volunt mihi ma-
la. Auertantur statim erubescen-
tes: qui dicunt mihi euge euge.
Gaudent et letentur in te omnes
qui querunt te: et dicant semper magni-
ficetur dominus: qui diligunt salutare
tuum. Ego vero egenus et pau-
per sum: deus adiuua me. Ad
iutor meus et liberator meus es tu: domi-
ne ne moreris. Gloria patri. Domine
deus in adiutorium meum intende. Alleluia. Esto mihi domine

Domine quam multi confundan-
tur inimici mi: multi insurgunt
aduersum me. Multi dicunt anime
mea: non est salus ipsi in deo eius.
Tu autem domine suscipe me: et
exaltasti me. Esto mihi in deum pro-
tectorem et locum munitum: ut saluum
me facias. Quia firmamentum me-
um: et refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris:
de manu contra legem agentis et iniqui.
Quia tu es patientia mea domine: domi-
ne spes mea a iuuentute mea. In te
confirmatus sum ex utero: de uentre
matris mee es protector meus. In te
cantatio mea semper: tamquam prodigium
factus sum multis: et tu adiutor fo-
tis. Replebitur os meum laude:
ut cantem gloriam tuam: tota die
magnificentiam tuam. Ne proicias
me in tempore senectutis: cum defecerit
virtus mea ne derelinquas me. Quia
dixerunt inimici mei mihi: et qui custodiebant animam meam con-
silium fecerunt in unum. Dicentes deus
derelinquit eum persequimini et comprehendite
eum: quia non est qui eripiat. Deus
ne elongeris a me: deus meus in auxilio
meum respice. Confundantur et
deficiant detrahentes animae mee:
operiantur confusione et pudore qui querunt
mala mihi. Ego autem semper spe-
ro: et adiciam super omnem laudem
tuam. Os meum annunciabit
iustitiam tuam: tota die salutare
tuum. Quia non cognoui litteratu-
ram in potentias domini: domine
memorabor iustitiae tuae solius. Deus
doceuisti me a iuuentute mea: et usque
nunc pronunciabo mirabilia tua.
Et usque in senectam et senium: deus ne
derelinquas me. Donec annun-
tiem brachium tuum: generationi
qui venturus est. Potentiam tuam
et iustitiam tuam deus usque in altissima quae
fecisti magnalia: deus quis similis tibi.
Quantas ostendisti mihi tribulationes
multas et malas: et conuersus uiuifi-
casti me: et de abyssis terre iterum reduxi-
sti me. Multiplicasti magnificen-
tiam tuam: et conuersus consolatus
es me. Nam et ego confitebor tibi in
uasis psalmi ueritatem tuam deus:
psallam tibi in cytharam sancte israel.